

## QUESTIONVM SUPER GENESIM

**G** post mortem Isaac patris sui Esau abscessisse de terra Chanaan & habitasse in monte Seir, cum veniente de Mesopotamia Iacob fratre eius, legatur quod iam illic habitabat. Proinde quid fieri potuerit ut scriptura fallere vel falli non credatur, in promptu est cogitare, quod scilicet Esau post ea in Mesopotamiam fratrem eius abscessit, noluit habitare cum parentibus suis, sive ex illa commotione quo dolebat se benedictione fraudatus, sive aliqua causa vel vxorum suarum quas odiosas videbat esse parentibus, vel qualibet alia: & coperit habitare in monte Seir. Deinde post redditum Iacob fratris sui facta inter eos concordia, reuersus est & ipse ad parentes, & cum mortuum patrem simul sepelirent, quia eos plurimum ditatos, terra illa sicut scripta est minime capiebat, abscessit rursum in Seir, & ibi propagavit gentem Idumeorum.

CXX.

**Q** uod scriptum est, Hi principes horrei filii Seir in terra Edom: secundum tempus quo viuebat, scriptor commemorat. Cum autem Seir habitaret qui istos genuit, nondum veniente in illam terram Esau, nondum utique appellabatur terra Edom. Non enim nomen nisi ab ipso Esau in ditione est terre, quoniam idem ipse Esau & Edom vocabatur, de quo propagati sunt Idumei,

**CXXI.** hoc est g̃s Edom.

**Q** uod scriptum est, Et ī reges qui regnauerunt in Edom antequā regnaret rex in Israēl: non sic accipiendum est tanq̃ omnes reges nominati sunt vñq̃ ad ea tempora quibus cōspererunt reges in Israēl, quorū primus fuit Saul. Multi enim fuerunt in Edom vñq̃ ad tempora Saul, temporibus etiam iudicium, quorum tempora fuerint ante reges: sed ex his multis eos solos potuit cōmemorare Moyles qui fuerunt antequā ipse moreretur. Nec mirum est quod numerantibus ab Abraham per Esau patrem g̃tis Edom, atq; per Rahuel filium Esau, & Zaram filium Rahuelis, & Iobab filium Zara, cui Iobab successit in regno Balach, qui primus in terra Edom rex fuisse cōmemoratur, vñq̃ ad ultimum regem quem potuit nomiñare Moyles, plures generationes inueniuntur quām numerentur ab Abraham per Iacob usq; ad Moysem. Nam illic inueniuntur se ré duodecim, hic autem vñque ad Moysem fermè septem. Fieri enim potuit, ut ideo ibi plures nominarentur, quia citius moriendo plures alter alteri successerunt. Sic etiam contigit ut alium ordinem sedat Mat̃̄ quies Matthæus ab Abraham vñque ad Joseph quatem cū dragintadias generationes numeret. Lucas autem Luca. in ordine alio numeras generationes, non per Salomonem sicut ille, sed per Nathan, ab Abraham usq; ad Ioseph quinqueq; in quinq; cōmemorant. In illo quippe ordine vñ plures nominantur, cūtus mortui sunt, quām vñ pauciores. Ne forte autem moeat aliquem quod inter reges Edom cōmemoratur Balaich filii Beor, & desimilitudine nominis existimet illum esse Balach qui restitit Moysi ducenti populum Israēl, sciat illum Balach Moabitam fuisse, non Idumæum, eumq; filium fuisse Sephor, non filium Beor. Sed fuisse etiam ibi tunc filium Beor Balaam non Balach, quē Balaam conduxerat idem Balach ad maledicentem populum Israēl.

CXXII.

**Q** uomodo potuerit mors Isaac, decem & septem annorum inuenire Ioseph eius nepotem, sicut videtur tanquam ex ordine scriptura narrare, quo cung; se quisq; cōcerat inuenire difficile est. Nolo enim dicere, non posse inueniri, ne forte me fugiat quod alium non fugit. Si enim post mortem aut sui Isaac, decem & septem annorum fuit Ioseph, quando eum fratres in Egypto vendiderit, proculdubio & patre eius Iacob decimoquinto anno filii sui Ioseph centi viginti annorum fuit. Genuit eū autem Isaac cūtis esset annorum sexaginta, sicut scriptum est. Vixit g̃ Isaac postea centumviginti annis, quia centesimo octogesimo mortuus est: idcirco dimisit filios centum viginti annos

habentes, & Ioseph decem & septem. Ioseph autem K quoniam triginta annorum fuit, quando apparuit in conspectu Pharaonis, secuti sunt autem septem anni vberatis & duo famis, donec ad eum pater cum fratribus venit, triginta nouem profecto annos agebat Ioseph, quando Iacob intravit in Egyptum. Tunc autem id est Iacob, quod ore suo Pharaonis dicit, centesimum & trigesimum annū agebat ætatis: centum autem & viginti Iacob, quando erat decem & septem Ioseph, quod verū esse nullo modo potest. Si enim decimoquinto anno vita Ioseph, Iacob centi viginti ageret, proculdubio trigesimo & nono anno Ioseph, non centum triginta, sed cētum quadragesinta & duos annos agere inueniretur Iacob. Si autem die mortis Isaac nondum erat annorum decem & septem Ioseph, sed aliquātū tempore post mortem aut sui ad decimumquinto peruenit annum, quo anno scriptura testante in Egyptum est à fratribus venditus, plurimi etiam quām centum quadragesinta duorum annorum esse debuit pater eius, quando est filium in Egyptum consecutus. Scriptura quippe postea quā narravit annum vita ultimum Isaac centesimum & octogesimum, ac eius mortem ac sepulturam, deinde de commemorationi quemadmodum digressus esset Esau à fratre suo de terra Chanaan in montem Seir, & contextu commemorationem regum & principum gentis ipsius, in qua se constituit, vel quam propagauit Esau. Post hanc narrationem de Ioseph sic intulit. Habitabat autem Iacob in terra Chanaan, h̃e autem procreatore Iacob. Ioseph autem decem & septem annorum erat pascens cum fratribus eius, Deinde narratur causa somniiorum: quemadmodum odiosus fratribus sit factus & venditus. Aut ergo eodem anno decimoquinto, aut etiam aliquanto maiori venit in Egyptum, ac per hoc ut voluerit modo permanet quæstio. Si enim decem & septem annorum fuit post mortem aut sui, quando pater eius centum viginti fuit, profecto anno eius trigesimo & nono quando Iacob venit in Egyptum centum quadragesintaduo annos idem Iacob agere debuit. Fuit autem Iacob centum triginta, ac per hoc si decem & septem annorum Ioseph in Egyptum est venditus, ante duodecim annos quām moreretur auctus, venditus inuenitur. Decē enim & septē annū esse non potuit, nisi ante duodecim annos mortis Isaac centesimo & octavo anno vite patris sui Iacob. His enim cum adiecerimus viginti duos annos quib; Ioseph usq; ad adventū patris sui fuit in Egypto, sicut etiam annū Ioseph trigintanouem, & Iacob centumtriginta, & nulla erit quæstio. Sed quoniam scriptura post mortē Isaac ista narravit, putatur Ioseph post eiusdem aut sui mortem decem & septem annorum fuisse. Quapropter intelligamus de vita Isaac, tanq̃ multum decrepiti senis tacuisse scripturam, cū iam de Iacob & eius filiis loqueretur, vivo tamen Isaac decem & septem annorum esse cōcepit Ioseph.

**Q** uod dicit Iacob ad Ioseph, Q; uod est somniū hoc quod somnasti? Niq̃dū venientes veniam? ego & mater tua & fratres tui adorare te super terrā? Ni si in aliquo mysterio dictum accipiat, quomodo intelligitur de matre Ioseph quā iam erat mortua. Vnde nec in Aegypto cum sublimaretur putandum est hoc esse completum, quia nec pater eum adorauit quando ad eum venit in Aegyptum, nec mater olim defuncta potuit. In Christi ergo persona facile intelligi potest etiam de mortuis, secundum illud quod dicit Apostolus, Q; uia donavit ei nomen Philip. 2. quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu fleatur, cœlestium, terrestrium & infernorū.

**Q** ueritur quare Hismaelitas scriptura quibus à fratribus venditus est Ioseph, etiam Madianitas vocet, cum Hismael sit de Agar filius Abram, Mas dianitæ

CXXIII.  
Gen. 37.

Philip. 2.

CXXIII.